



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris  
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,  
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,  
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter  
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad  
praxim accommodatas

**Archdekin, Richard**

**Antverpiæ, 1682**

P. 7. An Lex acceptata, aut abrogata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40873**

diligens examen maneat dubium, an in lege contineatur. Exempli causâ, Præceptum est die Dominico abstinere ab opere servili: dubium manet an pingere sit opus servile; non teneor à pingendo abstinere.

*P. VII. An Lex acceptata, aut abrogata.*

**Q**Uando constat de lege, sed dubium est an fuerit recepta, aut postea abrogata, pergit illa dubitantem obligare. Quia pro lege, quam constat existere, stat præsumptio, & possessio juris ut ei obtemperetur; ac proinde alleganti, eam ab initio non esse acceptatam, aut aliquando fuisse abrogatam, incumbit probatio istius quod allegat, quam cum dubius exhibere non possit, manet ea lege adstrictus. Quamvis in dubio de legis *Acceptatione* probabile sit eam non obligare, cum plures doceant leges saltem civiles sine populi acceptatione esse invalidas, uti tenent plerique Canonistæ, *Item Navar. Azor. aliique citati à Laym. l. 1. tr. 4. c. 3.*

*P. VIII. De fine Legis cessante.*

**Q**Uando constat finem adæquatum legis ex toto cessare, cessat etiam totaliter ejus obligatio: uti cum communi docet *Suar. Covar. Ariaga de leg. d. 27. Sect. 6.* Ratio est, quia lex ordinatur tanquam medium ad procurandum bonum aliquod publicum, vel privatum, vel malum avertendum: ergo quando observatio legis ad hæc nullo modo conducit cessat habere rationem medii.

Exempli causa: si lex lata sit nemo egrediatur civitate ob metum hostis, desinit obligare,